



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XXXV. Markgraf Ludwig der Römer gestattet der Stadt Brietzen einen Altar zu gründen und zu dotiren, am 29. Juni 1359.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

gemeynen wyse, alze dat in anderen brifen verfehrefen ys. Dez tuge sint Niclas Junge, Claves hermans, hans wytbryczen, peter lupftorp, Claves dalchow vnd peter riben tu der tid radmanne, med vele andern, dye eynes guden glowen sin: wen dez tu groter wyfcheyt zo hebben wy deffen gegenwordigen bryff med vnfen Ingefegele laten bevestigen vnd bewaren Gegefen nach cristi gebort dusent drihundert jar, darna in deme negen vnd vestygsten Jare, dez funnawendes vnder den achten dagen dez heyligen lichames dage, vnfers herrn christi.

XXXV. Markgraf Ludwig der Römer gestattet der Stadt Brietzen einen Altar zu gründen und zu dotiren, am 29. Juni 1359.

Ad perpetuam rei memoriam. Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus Romanus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bavarie dux, nostro ac fratris nostri carissimi Ottonis nomine, Marchionis Brandenburgensis, Considerantes et pensantes firmissima et fidelissima obsequia et servitia nobis exhibita et prestita per fidelissimos Consules et Universitatem Civium Opidi nostri Brizen arduarum necessitatum temporibus preteritis, que nobis occurrerunt, et in antea etiam firmissime et fidelissime exhibenda eisdem consulibus talem gratiam fecimus et facimus presentibus specialem, quod ubicunque — redditus perpetuos sitos in eodem opido Brizen vel alibi in terris nostris comparare decreverint ad dotandum et fundandum unum altare in honorem cujuscunque Sancti ac sancte, poterunt libere et sine omni impedimento accedente nostra voluntate pariter et consensu, Donantes et dantes eisdem consulibus proprietatem dictorum quatuor frustorum exnunc ut extunc et extunc ut exnunc, quod eadem quatuor frustra ad prefatum altare fundandum per eos iusto proprietatis titulo debeant perpetuo pertinere, Dum tamen eisdem quatuor frustis honora servitii vasallatus nostri minime fuerint annexa, volentes preterea quod jus patronatus ejusdem altaris, dum fundatum fuerit, dicti consules presentes et futuri opportunitate et facultate se offerente ad presentandum ad illud personam idoneam, quolibet vacationum tempore habere debeant pacifice et tenere. Datum anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, in die beatorum Petri et Pauli Apostolorum. Presentibus reverendo in Christo patre et domino Henrico Episcopo Lubucensi ac strenuis viris Haffone de Wedell residenti in Valckenborgh, Johanne Hufener, Petro Trutenberek militibus, Henrico Schulenburg, Nicolao Bismarck, Tiderico Morner, preposito Bernovienfi Prothonotario nostro cum pluribus aliis fide dignis.

Ann. Vigore hujus privilegii fundatum est Altare Sti. Petri in Ecclesia Sti. Nicolai, ad quod idem dominus nominatim et specificè 4 frustra appropriavit, sicut in alio privilegio continetur.